



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 45. Contentio in Cleri conventu mota circa sacri Codicis versionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæcul. XVI. fari, quod ipsemet Pater vel Mater filiæ  
 A.C 1542. suæ turpitudinem revelare cogeretur;  
 eapropter hujus edicti severitatem Rex  
 temperabat, ac potissimis eorum, qui  
 morti addicebantur, vitæ veniam con-  
 cessit, quamvis eorum nonnulli diutur-  
 no carcere tabescere compellerentur.  
 Postrema autem sententiæ clausula, qua  
 quælibet puella, priusquam Regi nube-  
 ret, indicta mortis pœna lasciviæ suæ  
 crimen detegere jubebatur, tanquam  
 res omnino risu digna explodebatur, at-  
 que facetis ingenii ad maledica carmi-  
 na uberrimum suppeditabat argumen-  
 tum.

## §. XLV.

*Contentio in Cleri conventu mota cir-  
ca sacri Codicis versionem.*

*Burnet. l. c.  
 p. 432.  
 Act. publ.  
 Angl. t. 14.  
 p. 745.*

Sub idem tempus Clerus Anglicanus,  
 qui tum comitia agebat, præcipue  
 ad id intentus erat, ut novam sacræ Pa-  
 ginæ versionem discuteret, hancque in  
 rem quosdam, qui illam recognosce-  
 rent, Episcopos nominabat. Hi, qui  
 Religioni Catholicæ favebant, unanimi  
 suffragio censebant, hanc versionem er-  
 roribus adeo plenam esse, ut sine ingen-  
 ti animarum damno ejusdem lectio po-  
 pulo permitti haud possit, nisi prius ex-  
 purgetur. Hæc erat Gardineri opinio,  
 quæ solidis sane rationibus innixa vide-  
 ba-

batur. Ex aduerso autem Cantuariensis Archiepiscopus Gardineri sententiam Sæcul. XVI.  
A.C. 1542.  
 edoctus a Rege impetravit, ut hujus versionis emendatio duabus Regni Universitatibus committeretur, apud has enim longe majori, quam apud Cleri conventum auctoritate valebat Archiepiscopus. Huic equidem consilio obluctabantur Episcoporum non pauci, imo inter eos nonnulli suam oppositionem ad acta referri curabant: Verum inutilis erat eorum repugnantia; quippe Rex jamjam mentem suam desuper declarabat, nec ullo pacto sibi contradici sustinebat. Nec his contentus erat, insuper die duodecima Martii cuidam Londinensi Bibliopole privilegium concessit, vi cujus sacrum Codicem anglice redditum impune prelo subjicere posset: ex qua agendi ratione haud temere conjiciebatur, quod Universitates ad examinandam hanc versionem nominatæ nequidem illam emendaverint, cum haud vero simile videatur, quod inter tantas temporis angustias illam recognoscere potuerint.

## §. XLVI.

*Bonneri Episcopi Londinensis  
edictum.*

**E**volutis quibusdam diebus Cleri conventus solvebatur, cum autem Bonnerus Londinensis Episcopus, qui nunc  
Ca-